1418

Cruz

a.1.26
M. 339

231

168

[illegible]

[illegible] illi qui [illegible] [illegible] [illegible]
illustrissimi viri, in Bandeira [illegible] [illegible]
[illegible] Regni Portugalie, [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] non [illegible] [illegible]
[illegible] non [illegible] [illegible] neque [illegible] ex illis [illegible]
[illegible] [illegible] per [illegible] tamen cum [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] qui [illegible] [illegible]
[illegible] fuerint, ubi si forte nos [illegible] [illegible]
[illegible] voluntas tamen [illegible] [illegible] solet [illegible]
[illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] tantum
[illegible] [illegible], operam [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] dixi, et [illegible] ex
[illegible] [illegible] ordine [illegible] [illegible], [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] decrevi.

[illegible] partis [illegible] hec erit, [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] Philippum [illegible] Hispaniarum regem [illegible]
[illegible] [illegible] regnum [illegible] [illegible]
[illegible] successorem esse, et [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] rege nostro [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] eximunt.

[illegible] [illegible] [illegible] Peculiari [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

R. 304

Quanvis multi, et illi quidem precellentis doctrine gloria illustres viri, in ponderossa arduaque questione sucessionis regni Portugalie, post serenissimi Henrrici eiusdem regni regis obitum suborta, calamo non pepercerint, quorum allegationes me non legisse fateor, neque unum ex illis apicem ad manus meas pervenisse, tamen cum labores multi laude digniores existimentur, quam qui in difficili negocio susscepti fuerint, ubi si forte nos fallat qui plerumque optatur eventus, voluntas tamen in laude poni solet, et iuxta illud Ovid. lib. 3. de ponto, ut dessint vires tamen est laudanda voluntas, operam navare in huius controversie examinatione, opere pretium duxi, et ut clarius explicetur suoque ordine percipi possit, facti serie premissa in tres partes principales dividere decrevi

Prime partis summa hec erit, invictissimum potentissimumque D. Philipum 2. Hispaniarum regem nostrum, iure communi inspecto, verum atque legitimum regni Lusitanorum sucessorem esse, et iustissime illud obtinere ceteris oppositoribus exclussis, scilicet madama Principe de Parma et D. Catherina eius sorore Ducis de Verganca coniuge que in pari gradu cum Philipo rege nostro eidem Henrrico ultimo possessori existunt,

Secunda vero pars declarabit, quod peculiari iure illius regni, iam patrui et nepotis controversia admodum difficilis questio decissa sit, et sublata re presenti tam in regni quam aliorum maioratuum sucessione.

In tertia et ultima parte non minus iure consuetudinario quam communi et regio, sue maiestati predictum regnum pertinere ostendemus.

Prima Pars.

1 Et pro prime partis introductione, in primis scire ar...

investig

BIBLIOTECA DE SANTA CRUZ ... VALLID

investigare oportet, utrum regnum portugaliæ successi
one, vl tantum electione populorum qz suffragiis acquira
tur, quod quidem verius videtur, cum principio rex
ex populi consensu reges assumpti fuere, et idem post
romani imperii occasum servatum fuit, prout ex ...
toriis potest et refert. aciat. in l bona civitatis ·15· ff de
verb. signi. subdens eum iustum principem esse, qui
ex populi consensu regnet, idem ex cicer. lib. 3. et iustin.
lib. i de legib. colligitur, quorum meminit. cova. practi
quest. c. i. nu. 4 in versi; reges vero, et in eundem scopum
tendit, id quod inquit cicer lib. 2 de officiis ·c. i·, ego antea
quam diu respublica per eos regebatur, quibus se ipsa com mi
sserat, omnes meas curas cogitationesqz in eam confe
rebam etc., et aristot. lib. 5. polit. c 10, regnum, inquit,
in presidium proborum hominum contra iniurias popula
rium est constitutum, et rex ipse ex numero proborum
virorum creatus est

2 Nec mirum quod reges regnicolarum suffragiis crearentur
cum non propter regem regnum sit institutum, sed rex
propter regnum sit creatus, ut ex platone asserit cicer
lib. i. officiorum et aristo lib. 5 ethicorum et. 3 polit c 11. et
notat gl. in clemen. ani verb. regum, prope fin. de
baptismo, cuius meminit pinel. i par. rub. C. de rescind
vend. c 2 nu 15 et menchaca controvers illust. lib. i. c. i°
nu 10, regulam proponendo; quod regna imperia et po
tentatus legitimi ob publicam ipsorum civium utilitatem
inventi creatique fuere, et non ob ipsorum regentium com
moda, quod et enunciaverunt nicol. boeri. de autho
rita. magni concilii prim. addit. magna nu. 131. vers;
ipse enim exemplo, lucas de pen. in l. militaribus. C.
de decurio. lib. 10; alphons. guerrerius in thesauro chris
tianæ.

christianę religionis c. 54 nu. 1 et 19 et 52. s. thom. opus culo 21. in vers. sexto querebatur, et domini soto de iust et iur. lib. 3. q. 6. art. 2. conclu. 4. et in art. 4 vers, aliam vero, ubi citat pro hac sententia illud Pauli 1 ad corinth. c. 12, unicuiq; autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem, et in lib. 1 de iust et iur. q. 5. art. 1, Igitur si reges propter regna instituti sunt nimirum si ad populorum suffragia eorum creatio et electio sit referenda;

3 ¶ cum enim temporalis potestas poenes ipsam rempublicam a principio fuerit, cesante fraude violentia q; de iure nature libera est, et constituit sibi caput, humani q; principatus ab ipsa multitudine originem et potestatem habent. sic caiet. in 22. q. 1 art. 10. in add. tione, incipien; ad horum brevem intelligentiam, et in tractatu 2 de potest. pape et concilii c. 1; cova. in regul. peccatum 2 par. § 9 nu. 6 et pract. quest. c. 1. nu. 4. x si, reges vero ad fin.

4 ¶ et ideo principio rerum, gentium nationumq; non popularis ambitio reges introduxit, sed spectata inter bonos moderatio; ad regię maiestatis imperium reges adduxit, teste iustino in p° suę hist. in prologum; quorum exemplo hebreus populus regem postulabit reg. 1 c. 8; tradit iosephus lib. 6 antiquit. c. 2 prout refert Ioan. ignes in rep. § non alias l. necessarius nu. 85 ff. ad sillania

5 ¶ nam electi fuere, ut genus humanum suis partibus conservarent ut probat arist. lib. 8 ethico. c. 7. et tx. in c. siquis c. omnes principes e solite de maiorit. et obed; refert fortu. gars. in l. veluti n° 15 ff. de iust et iur.

¶ cum enim homo autore aristo. polit. lib. 1 c. 2 sit natura

natura ipsa sociabile animal; longe magis q̃ apes for
mice et grues; et eiusmodi genera, quę gregatim aluntur
gregatimq; tuentur, et ceteris animalibus Deus ipse de
derit per naturam facultatem se conservandi, suisq;
resistendi contrariis q̃tum ad incolumitatem salu
tis, hominibus tamen dispersis ad id facultas deffi
ceret, instinctus eorum in hoc se contulit vivendi gre
gatim societatemq; civilem constituendi, cum ab ini
tio sparsim vagarentur, non modo vivendi gra
tia, sed magis ut recte viverent, ut idem aristot. lib.
.3. politi. c. 6. docet; immo etiam ut sua tuerentur, ut
advertit cicer. lib. 2 offic. et in hunc finem reges elegerunt
condereq; ceperunt urbes.

6 Quibus concinit quod observat domi. soto de iust et iure
lib. 4. q. 4 art 1°, dicens q respublica creavit principes,
hoc tamen fecit divinitus erudita, et illam potestatem
civilem Deus per legem naturalem, que sue sempiter
nę participatio est, ordinavit, neq; solum Potestates
christianorum Principum, sed etiam infidelium a do
mino deo sunt, q2 fides naturam non destruxit, sed
perfecit, et ad Propulsandas imminentes iniurias
regia Potestas conveniens est, unde ovid. 2. de pon
to, regia, inquit, crede mihi res est succurrere lap
sis, convenit et tanto q̃tus es ipse viro

7 et ideo reges Pastores nuncupantur ezechiel c. 34
et esaię 44 et 56, et hierem. 2 et 22; ex eo q custodi
re debent suas oves; eisq; Iustitiam ministrare et vio
lentias tollere, cum ipsi non domini seu proprietarii
censeantur. lucas de pena in l quicumq; c. de omni
agro deser. lib. 11, sed administratores. Paris de puteo in
tract sindica sub rub De excessib imperat nu. 11. carol mo
lineg. consuetud. parisien: titu 1 § 2 gl. 4 nu. 17; Quid
quid Probare intendat mencha de success creat. lib. 1 § 3
nu. 3 ubi per Plures leges huius regni tenet q rex cas
tellę sit dominus rerum sui regni, quod modo non exa
mino

examino cum de regno Portugalię noster. sit tracta tus.

8 Quibus et aliis, quę ex consulto omito, consideratis rationi consentaneum videtur; quod reges electione ad regni regimem creentur, et non per successionem admittantur, sicut neque sortibus, cum sepę accideret, ut ad Principatum sors eveheret, quos vir bonus non ferret in subditorum numero ut inquit philo. lib. De creat. Princip.; idemque contingeret, si successione regnum in Posteros derivaretur, qui sepissime Degenerant a Parentum moribus, teste Horatio, oda 6 lib. 3 carminis in quit, Parentum Peior avis tulit nos nequiores, mox daturos Progeniem vitiossiorem, et cice. de Provinc cons; Patrem dico cuius utinam filii non degeneras sent a gravitate Paterna, et virgil. 2 ęneid., degenerem que neoptolemum narrare memento.

9 Unde s. thom. 1 2 q 105 art. 1 inquit, quod optima ordinatio est Principum in regno in quo unus secundum virtutem Perficitur; et talis Principatus ad omnes pertinet quia ab omnibus eliguntur, et ex omnibus eligi possunt

10 Et huius sententię fuit gl. parva, verb. condita, in l. ex hoc iure ff de iust. et iur. et gl. in c. moises verb. non sanguini, 8 q. 1. per. tx ibi, et inquit archidia. quod de iure scripto regna electione defferuntur, domini in c. grandi. nu. de suplen. neglige prelat lib. 6. abb in c. venerabilem, nu. 15 de electio. et in c. intellecto nu. 4 de iur. iurandi. alvarotus in titu. de feud. marchi. col. 2. Joannes a terra rubea in tract. 1. contra rebell. art. 1. concl. 3.

11 Non tamen De fuerunt authores censentes, rerum Principio

cipio. reges non ex Populi consenssu asumptos esse.
sed violenter regna invassisse, Prout tenet corasi(us)
in l. in summa. nu. 12. ff. De rer. diviss. et sentit; oro(s)
cius. in l. ex hoc iure ff. de Iust. et Iur. nu. 12. quorum me
minit. lara. in l. si quis a liberis in prin. nu. 54 ff. de liber
agnoscen. quosdam versus lucretii referens. et
alciat. in l. bona civitatis 15. ff. de verb. signi. unde
cum magna regna non ex subditorum consenssu
sed per violentiam primo constituta sint, merito
divus augustinus lib. de civit. dei. 4. magna latroci
nia esse dixit, sed quidquid ipsi dixerint, verior
sententia est, iure gentium ex Populi consenssu
per electionem reges creatos fuisse. ut ex iam adu
tis patet et id voluit. lara. post connanum. lib. 1. co
ment. iur. civil. c. 7 nu. 3. covar. pract. quest. c. 1. nº 4

12 Ex quo sequitur deceptum fuisse. Joa. ligivie(r)
qui in trac. de prim. genit. lib. 2. q. 13. scripsit, regna
et principatus ab origine gentium iure sanguinis de
ferri, tria tenpora distinguens, in primo quod regna su
ccessione transferebantur, in 2 electione, in tertio et ul
timo. successione, non solum ex consuetudine, immo
etiam iuris dispositione, sed lapsus est errore. quo ad
primum, nam a principio. non successione, sed po
pulorum electione regna instituta atque delata fuerunt,

conc. 13 Predictis tamem non obstantibus, vera et comu
nis sententia est, quod ex consuetudine, regna su
ccessione et iure primogeniture defferantur
quod senssit g. in d. c. moisses. 8 q. 1. et ibi. archid

Domini; in c grandi de suplen. neglig. prelat lib 6 nu 3. ita intelligendo d. c grandi. et c. licet de voto, est enim consuetudine derogatum Juri eligendi cum tanto tenpore Passi sint Populi, regna per successionem transire, cui sententie se subscrigserunt abb in c intellecto de Jur Juran. et in c venerabillem nu. 5. de electio. hostien. in c. licet de voto. et ibi abb. nu 6. cova. practi. quest. c. 1 fol. 4. col 1. grego. lop. in l 9 titu. 7 par. 2, verb; de linage, joan. igneg. in l donationes nu 3 C de dona. inter vir., Joan. licirier de primog. lib. 1. q 3 nu 3. affirmans q ex consuetudine inmemoriali, regna sunt successoria, et ubiqz servari aserit. guill. bened. in c. rainutius. Par. in eodem testamento, nu: 150. et inquit bal. in l ex hoc Jure. nu 4. ff De just et Jur; q senper fuit et senper erit, q Primogenitus succedat in regno, fallit in regno romanor.

14 ¶ Sed obiter notandum est, ne bal. nos decipiat, unam tantum exceptionem regule asignans, Preter regnum romanor, alia esse regna, in quibus non successione sed electione reges asumuntur, ut in taprobane insula fieri, solin. enunciat c. 66; et Justin. lib. 24; refert, q sosthenes ignobilis, fuit Prepositus in regno, multis nobilibus illud affectantibus, meminit. tiraq. De nobilit c. 20. nu. 9, sed quid hodie servetur in alius regnis in regionibus remotis, nihil ad nos.

15 ¶ Quod attinet ad regna hispannie et francie

affirmat mart. laud. in trac. de Primogen. q. 8. per successionem Defferri, et oroscius in l. Dequibus nu. 73. et seq. ff De legib. anton. corsetus. in tract. de Potest. regia. 1 par. q. 14. nu. 16., qui enumerans reges; qui neque unguntur, neque coronantur, mentionem fecit regum castelle. et Portugalie, aragonum, legionis et navarre, subditque quod omnes Predicti reges: preter romanum inperatorem, sortiuntur eorum regna ex successione: ut in registro romane curie declaratur, et est tx. expressus in c. grandi in Prin. De suplen neglig. prelat. lib. 6. ibi: Jure regni succederet, ubi de regno Portugalie tractatur, meminit. tiraq. de primogeni, in prefat nu 4 in fin, et de regno castelle est tx in l 3. et 9 titu. 1° par. 2.

16 Novissime tamen ludov. molina De hisp. Primog. lib. 1. c. 2. nu. 11. tenet. ac id Probat, hispaniarum regna usque ad roderici regis ultimi gothorum tenpora, electione reges sortiri, et non successione, Post modum autem a pelagio successionis observatio Principium traxit, Quod ante eum dixerat covarru. pract. quest. c. 1. nu 7., et Joan. lupius. De obtent. regni navarre. par. 6 § 9., qui in nu. 10. dixit incertum esse, an regni successio ante Pelagium iure geniture, an ex electione competeret, in quo eum reprehendit, molina.

17 Sed quorsum in his inmoramur. cum in d. c. grandi sit. tx. expressus, et nostris tenporibus viderimus, quoties regnum Portugalie ad novum successorem Deventum est, id per successionem Jure Primogeniture non vero per electionem, obtinuisse, Probatio quidem

Quæ ad sensum patet, ceteris probationibus evidentior est, azo in summa C. ad l. aquil. bal in l. contra negantem in fin. cod titu. bonus tx in § ulti. inst. de gradib.

18 ¶ Quod si forte quispiam obiiciat damnossam et perniciossam esse reipublicæ dictam consuetudinem, et ideo reiiciendam; legat cardi. a turre crema, et præposit. in c. moisses. 8. q. 1. et Joan. de terra rubea in 1º tract. contra rebelles art. 1º concl. 4, et Joan. lecirier de primogeni. lib. 2. q. 14 covarrub. practi. quest. c. 1 fol 4 col 2; simanc. de republi. c. 5 nu 156 et seq; qui observant atque defendunt, utillem esse, multoque securiorem reipublicæ statum reddere, quam si electione reges crearentur, nam cum multis proposita esset spes regnandi; non posset respublica, periculossissimis motibus non concuti, et perditissimis seditionibus non discerpi, quod quam plurimis exemplis comprobari potest. teste eod. simanc. de primogen. lib. 1. c. 2;

19 ¶ neque obstat quod supra diximus; filios a parentum moribus aliquando degenerare, id enim est de raro contingentibus, neque in consequentiam trahendum est, l. nam ad ea ff de legib, frequentius quidem liberi parentibus assimilantur, et ex bonis boni generantur. ut ait arist polit lib. 1. c. 4. et lib. 3. c. 8; consentaneum, inquit, est ex melioribus ortos esse meliores., et lib. 3. rhetor; ad theodetem, verissimile est, ait, probum ex probis et bene educatum in probum

virum crassisse, et gl. in l cum. unus. 10. in Prin. verb. Domum ff de alimen. et ciba. lega. censet bonos Presumi qui De bono genere sunt; et malos qui ex mala Procedunt Prosapia per tx in l. quod si nollit § qui mancipia ff de edilit. edict. et adducit Plura tiraq. in l. 7. conub gl. 1.,

20 Igitur cum iure successionis, regnum Portugalie defferatur; neque electioni locus sit, ille qui ius succe ssionis non habet. prout est. d. antonius; nec Potest habe re, et si filius sit. infantis D. ludovici, cum non sit legi timus ex legitimo matrimonio natus, immo spurius, oppo situs legitimus non est. c. 1 § si quis per triginta vers. natura les filii, De feud defimen. contentio sit, et ibi. notat bal.; bastardus quidem non admititur ad successionem regni neque ad alios honores. bart in l. tutelas ff de capit. diminu. et in l. pronunciatio § familie ff de verb. signi notat grego. lop. in l. 2 titu. 15., vers., sino el hijo maior col. 2 vers; et quod in ista l. part. tiraq. De nobilit. q. 15. nu. 11. molina de hisp. primog. lib. 3. c. 3. nu. fina. et lib. 1. c. 4. nu 45. et sequen; ubi quod bastardus licet sit naturalis non dicitur De familia nec De domo nec agnatione nec cognatione pa rentis, et ideo non succedit in maioratu nec in regno, qua Propter d. iorge dux coimbre filius bastardus serenissi mi regis portugalie D. Joannis. 2. patre absque descenden tibus legitimis Defuncto, non fuit admissus ad regni successi onem, sed collateralis, scilicet rex D. emanuel nepos regis D. ferdinandi, et ex collateralibus legitimis eidem Joanni 2. proximior.,

§ 2.

21 Vidimus supra; quod lusitanie regnum successione atque iure

Primogeniture ad Posteros Deferatur, statim sese offert non inelegans questio, scz., nunquid iure hereditario, an iure sanguinis id fiat, siquidem hec maximo discrimine distinguuntur. vt ex infra dicendis apparebit, et coligitur ex tx. in l. eum qui. ff de interdic. et relega., Quapropter ista Questio non modicam utilitatem adfert, et ne per ignota Procedamus, notandum est, iure hereditario defferri vl acquiri, Quod heredi in qtum est heres conpetit l. Pro herede in Prin. ff de acqui. hered., Iure, vero sanguinis, illud quod ex sola agnatione, seu cognatione, Provenit, sit heres vl non ut observat bar. in l. ut iuris iurandi § si liberi n° 4 ff De oper libert, bal. in c. 1. De eo qui sibi et heredib. suis n° 6 et 7 molina de hisp. primog. lib. 1 c. 8 nu. 5.

22 ¶ Siquidem, concessa emphiteusi alicui et eis filiis simpliciter, Parente mortuo, liberi licet eis non sint heredes, succedent in emphiteusi, solum quippe filiatio considerata fuit, verumtamem, si a principio illi et eis filiis et heredibus Predium in emphiteusim concedatur, ut filii succedere Possint, parentis hereditatem adire debent, auth., de non alienan. § emphiteusim coll. 2., notat bar. in d. l. ut iuris iurandi § si liberi nu. 4, et in l. si non sortem § libertus et ibi Jas. nu. 33 et sequen ff de cond. indeb. alex. in cons. 44 nu. 1 lib. 1. philip. decij in consil. 135 col. 2 Jas. in l. 2 nu. 188 C. de Iure emphit. covar. var. resol. lib. 2. c. 18 nu. 2 et 3., Pinel in l. 1. 3 par. nu. 84 et seq. C. de bon. mater., Igitur magni refert, an iure hereditario, vl sanguinis successio illis

regni deferatur, cognoscere, atque investigare.

23 Cinqua questione, multi quidem simbolum dederunt, consentes quod Iure hereditario, regna et alia Primogennia deferantur, quorum Primus qui pro hac opinione aduci solet, est oldral. in consil 94 nu 3., dicens, quod revera Primogenitus est heres sui patris, argumentum sumens a iure naturali, quod Precessit ius positivum, quo inspecto omnes filii in bonis Parentis, sexus vel etatis distinctione non habita "succedunt" l. scripto ff unde liberi. l maximum vicium C. de lib. Pret. l cum ratio ff De bon. damnat., et quamvis Postea statutum fuerit, quod Primogenitus obtineret regnum et non alii, cum per unum expediret regi. l. 2 §§ novissime ff de orig iuris. not. bal. in auth. hoc amplius C de fideicomis. S. thom. de regim. princip. lib. 1. c. 1 et 2, restaur. castald in trac. de imperat. q. 5 nu 3., cum omnium rei publice gubernande, specierum, monarchia Principatum obtineat. secundum aristo. lib. 8 ethico. c. 8., non tamen ob id ratio naturalis tollitur, nec veritas nature obumbratur, secundum quam filius Primogenitus cum ceteris heres est Patri; argumento l. filio quem pater in prin ff de lib. et posth. l. 2 ff de usufru. earum rerum que usu consum., nec Iuri filiationis detrahere debet ius Primogeniture postea additum l. 1 § ult. in fin. ff. si a paren. quis fuer. manumissus.

24 ¶ secundo, Pro hac opinione citari solet c. licet devoto, ubi probari videtur, q rex potest filium primogenitum regno privare, si onus sibi iniuntum nollit adimplere; ergo ab ipso rege eius parente regnum consequi videtur, alias gravare primogenitum non posset. l. ab eo c. de fidei comiss. l. 1 § sciendum ff de lega. 3. l. 3. [redacted] 4 in fin. titu. q. par. 6, de quo latissime ripa in l. cum filio nu. 13 et sequen. ff de lega. i; guill. bened. in trainutis verb. si absque liberis moreretur. trac. de fideicomiss. subst. nu. 25 et sequen, patet igitur per illum tx. in c. licet q regnum a rege et non a genere filius consequatur et sic iure hereditario, cum aliud in iure expressum non reperiamus et a regulis non sit recedendum l. precipimus c. de apella.

2[?] ¶ tertio predicte sententie non parum suffragantur tx. in c. 1. vers; ubi vero filium reliquit, an agnatus vel filius defunc. et in c. 1 § filius non potest. de capitaneo qui curiam vendidit. quibus iuribus decissum est, q filius non potest sucedere in feudum. recusata patris hereditate, ergo sucedit in feudum tanquam heres, ad idem est tx. in c. uni de sucess. fratr. vel grad. succed. in feud. iunct gl. i, que quidem iura fortius pro hac parte stringunt, si teneamus de feudo ad maioratum validum esse argumentum, prout vult bal. in l. cum antiquioribus nu. 6 c. de iur. delib. socin. in cons. 46 nu. 6 et 7 lib. 3. et ita argumentatur paul. de cast. in cons. 164

col. 1. lib. 2., Parisij in cons. 72. nu. 74. lib. 4.; anto. gome in l. 40. tauri nu. 77. Pinel. in l. 1. 3. par. nu. 99. C. de bon mater.

26 Quibus et aliis rationibus, motus oldral. tenet loco citato. Predictam sententiam, scilicet quod regnum iure hereditario defferatur, cui se subscripsserunt pet. de ancharr. in d. c. licet. Lucas de pena. in l. si quis in sacris C. de Proxim. sacro. scrin. lib. 12.; alberi. in l. penul. col. 2. C. de dona. inter. vir. et in probem ff vet. § discipuli col. 4., vers. et ex predictis. martin. lauden. de primogeni. q. 43, ioan. lecirier: in eod. tract. lib. 3. q. 4. nu. 7; et tiraq. q. 35. ubi octo rationibus et fundamentis eam defendit. et cifuentes in l. 40 tauri. q. 16 et ibi gomecius nu. 72; parisius in cons. 72 nu. 30 lib. 4. suarez in allega. 10, carol. molin. consuetud. paris. lib. 1. § 8 gl. 3 nu. 7., Jacobus asaa de primogen. fol. 31. nu. 36 et 37. simancas cathol. inst. c. 9 n. 262 guill. bened. in c. raynutius, verb. in eodem testamento relinquens 1. nu. 147., acosta de patruo et nepote. c. de regni. success. ubi ex professo defendit, quod regnum portugalie iure hereditario deferatur. asignans plures differentias inter successionem regni, et maioratum regie corone

27 Verum enimvero Predicta sententia Poenitus aberrat a vero. totoque fallitur iudicio, quod Lector facile intelliget si non segniter neque oscitanter iura et rationes Pro utraque

vtraqz Parte expenderit, sepenumero quidem negligentia in causa est, ut que ab aliis scripta sunt, sine altiori indagine indigesta aliis tradamus, et illi aliis, et ita facile evenit, ut communes opiniones oriantur, similes gregi ovium eo tendenti, quo Prima ovis cursum direxit, quaPropter amultitudine aliquando cavendum est, cum possit unius et deterioris et minus docti assertio, alios peritiores, veritatis sententia superare. l. 1 § sed neqz ex multitudine C de vet. iur. enuclean. l. Potioris et ibi gl. C. de offic. rector. provin. l. pe. C de cond. indebi et legendus est seneca lib. 5 epist. 33. et plato de republ. dialogo 6. et tiraq in legibg connub. l. 11. n° 4. vbi aliqua curiose adducit ad Probandum q opinio singularis sepe numero anteponenda est illi, quam doctoz multitudo sectatur; et anto: gome in l. 1 tauri nu. 9. et 10. et sarmiento select interpret lib. 1. c. 6

28 Ad adversus predictam sententiam constanter tenendum est, verissimam iuri atqz rationi conclusionem proponendo, sch. regna et alia Primogennia, maxime antiqua, non iure hereditario sed sanguinis defferri atqz acquiri, et hanc Probant atqz sequuntur. Joan. lauden. inter consilia oldral. in cons. 224 nu. 27, vers. hoc autem ius et bal. in consil. 121. nu. 10. in vers. modo facio unam ultimam rationem lib. 3. et sentit alex. in consil. 30. nu. 15. lib. 1., cordin. alexand. in c. 1. col. 4. vers., tertio deducitur, De feud. march. in usibg feud. bar. et comuniter scrib. in l. eumqui. ff. de interdic.

et relegat, gozadi in consil. 53. nu. 6. et 15. quibus suffragatur covarru. pract. quest. c. 13. nu. 6, versi; his etiam suffragatur. et in rub. de testamen. 3. par. nu. 6. et iterum prach quest c 38 nu. 4, vers, secundo contra gl; Peralt in repet rub ff de hered. insti. nu. 108, versi. cum enim. et nu 115 et in repet. l 3 § qui fideicomissam. nu. 100. in vers. fin. illius nu. eod. titu. affirmans, quod maiorazus iure sanguinis et non hereditario defertur et hanc dicit esse comu. opi. et post eum lara in § si mater l. si quis a liberis. nu 50. ff de lib. agnoscen. et ludovi. molina. de hispa. primogen. lib. 1. c 8 nu. 2 idem fatetur; et quod in hispania Primogenitus regis succedit in regno iure sanguinis et non iure hereditario, observat gregor. lopius in l. 4 titu. 15 par. 2. verb. sino el hijo mayor; in vers fin, eandem sententiam sequitur cord. mo. linea consuetud. parisien. titu 1 § 8. gl 3 nu. 8. et guill. bene di. in c raynutius. verb in eodem testamento. 1. nu. 184. et sequen, et, verb. si absque liberis moreretur. 2. nu. 216 de testam. ubi quod regnum. et baronia non sunt corpus hereditarium, molina. de hisp primog. lib 3. c 6 nu. 9., quibus addendus est Pinel in l. 1. 3. par nu. 99. in vers. ad maiorazus semper c. de bon. mater, enuncians quod maiorazus semper est pro familia, nec in eo curatur. an successor sit heres, sola enim ratio sanguinis et proximitatis habetur; ut docet usus et 1. cons in l. Peto § fratre, ibi, proximus quisque ff de lega. 2., et quamvis in feudo, discrimem inter filium et agnatum detur, circa aditionem hereditatis. c. 1 an. agnatus, in maiorazu tamem. nulla inter eos est

diferentia, ut probat tx. in d. § fratre, et doct. com̃uniter in d. c. 1. affirmant illum tx. ultra feuda locum non habere, vult, igitur Pinel, q. in successione maioratus, sive successor sit descendens, sive collateralis aditione hereditatis opus non sit, cum non iure hereditario sed sanguinis succedatur.

29 ¶ Prefata namq. sententia primo probatur et desumitur ex eo q. regna et alii maioratus antiqui non ab ultimis possessoribus, sed a primis instituentibus, seu consuetudine deferuntur argumento tx. in l. unum ex familia § si de falcidia ff. de lega. 2., ubi electus ab eo cui electio com̃issa fuit, non ab eligente, sed a testatore fideicomissum consequi videtur; ac si nominatim in prima dispositione fideicomissum sibi relictum fuisset, quid enim est, inquit I. C., q. quod de suo videtur reliquisse, qui quod relinquere debuit, quasi dicat, nihil, ergo omnino cum regna et alii maioratus, sive expressa institutione, sive ex consuetudine ad primogenitos devenire debeant, nihil ex suo ultimi possessores relinquere videntur, et est ponderandum in illo tx. q. eligens, alium eligere poterat, et quem elegit omittere, et nihilominus I. C. asserit q. liberalitatem ex suo cum electo non exercuit, unde si maioratus insti

tutor iussisset, q in maiorazu succederet filius quem posse
ssor elegisset gradatim, adhuc non ab illo Possessore eligen
te, sed a primo instituente maiorazum provenisse dicen
dum esset, quapropter non iure hereditario ab isto po
ssessore eligente consequeretur, et a fortiori in casu de quo
agimus, cum neq ultimo possessori detur electio. sed ille
propinquior, iure Proprio succedere debeat. in maiorazu
et sic tantum. Ius sanguinis consideratur, idem Pro
bat. tx. in l. coheredi § cum filie ff de vulg. et pupill. et
ibi notant scrib. q fidei comissum alicui ab herede relic
tum, non ab ipso herede, sed a testatore fidei comissarius
consequitur. l. sed si pater familias § si ab alio ff ad sena
tus consul. macedo. ubi probatur q si peccunia filio
sit donata, ut creditori solvat, a donatore ad creditorem
Profecta censeatur, concinit etiam tx. in l item eorum § si
decuriones ff quod cuiusq universit. nomi. l. municipibus
ff de cond. et demonst. l. utrum § cum quidam ff de reb. du
biis. per quem tx. inquit; bal. in c cum omnes de constitu
nu. 26. in vers; item qro, q quando causa Proxima agit vir
tute alterius cause, inspicimus illam causam, que vim
et efficaciam tribuit. idem bal. in c literis 3. notab. de res
crip. q causa remota inspicitur cum est fundamentum
proxime. meminit. tiraq. in tract. cessante causa, limit. 20
nu 18 et 19. et in l si unquam Par. donatione largitus. nu. 236
C. de revo com. dona. Prima quidem causa magis influit in
causatum; quam secunda angel. in consil. 100. col. 9. refert. jas.
in l. clam Possidere. in prin. nu. 16 ff de acqui. posse.
30 Quibus conducit quod dici solet; q a primordio tituli Poste
rior

rior formatur eventus l. 1. C. de inponen. lucrat. descrip. lib. 11. ubi notant gl. et scriben. quod origo cuiuscumque actus seu dispositionis inspici debet. ancharra in cons. 57. col. ulti. tiraquel. De retract. titu. 1. § 1. gl. 7. nu. 26. Jas. in l. si is qui pro emptore nu. 43. in fin. ff. de usucap. et latius in d. l. clam posidere in prin. nu. 15. et sequen.; unde cum regnum non ab ultimo possessore stabilitum sit, sed a primo institutore vel a consuetudine, illa causa antiqua que vim et efficatiam successioni ipsius regni ordine Primogeniture dedit consideranda est, et non ultimus Possessor, et sic iure hereditario ei minime succeditur.

31 ¶ 3. et in confirmationem accedat. tx. in l. servo fidei comissaria ff. de here. ins. institu.; ibi, qui enim etiam invito defuncto Poterat libertatem extorquere. is liber esse iussus non magnum videtur beneficium a defuncto consequi, immo nihil comodi sensisse, sed magis debitam sibi accepisse libertatem; ubi probatur, beneficium non prestare qui debitum impendit. l. proxime ff. de ritu nupt. tx. et ibi bal. in l. 2. C. de oper. libert. idem bal. in Prohem. feud. nu. 9.

32 ¶ quarto predicta sententia iuvatur. ex doctrina bal. post gl. in c. 1. § et quia vidimus nu. 5. qui feud. dare Poss., asserentis feuda Principali providentia. et non mero iure hereditario acquiri, idem bal. in c. 1. § hoc quoque col. 2. de success. feud. ubi enunciat, quod filius marchionis in marchionatu patri non succedit, cui suffragantur alex. in consil. 44. n. 1. lib. 1. et in cons. 26. nu. 4. lib. 5. Peralta in l. 3. § qui fidei comissam. nu. 52. ff. de hered. instituen. carol. molin

consuetud. Paris. titu. 1 § 8 gl. 3. nu. 7, et molina de hisp. primog. lib. 1 c. 8 nu. 8, pro quo citant tx. elegantem in sui ratione in l. si arrogator ad fin, ibi: quia hoc non iudicio eius ad eum pervenit. sed Principali providentia, ff de adoptio.

33 Quod procedit in feudis filiis ac descendentibus relictis atque concessis, minime facta mentione heredum, quae feuda familiaria dicuntur. et iure sanguinis defferuntur c. 1. et ibi notat. bal. nu. 8. an filia vel agnat, et est comm. teste alex in cons. 26. n. 4 lib. 5. Jas in l. quod dicitur nu. 33 ff de verb. oblig. et in l. si non sortem § libertus n. 33 ff de cond. in deb. iuli. clarg. recept. sent. lib. 4. § feudum q. 9. versi quandoque vero, pinelbin l. 1. 3 par. n. 85 C. de bon. mat., molina loco iam citato nu. 5 et 6, qui et alii edocent, quod ut quis succedat in feudis familiaribus, hoc est familiae seu sanguini concessis, non requiritur quod sit heres; nam quae filiis et aliis descendentibus conceduntur, ut filiis prestari eis debent. et si heredes non sint bar. in l. ut iuris iurandi § si liberi. nu. 4 ff de oper libert, et iam superius diximus.

34 Quinto, non parum huic conclusioni suffragatur, quod iam supra tetigimus quod rex non censetur dominus seu proprietarius regni sed administrator ex censura abb. in c. intellecto n. 3 de Jur. Jur. lucas de pena in l. quicumque col. 3 et 4 C. de omni agro deser. lib. 11. paris de puteo in trac. sindica rub de excesib imperat. nu. 11, carol. molin: consuet. paris. titu. 1 § 2 gl. 4 nu. 17. covar. in c. quamvis. pactum. 2 par. § 2. nu. 4, loca enim et iura non ipsius regis sed dignitatis

tatis regalis sunt, lz rex habeat iurisdictionem et administrationem. sm abb in d. c. intellecto not. 1. pal. rub. in rep. c. per vestras § sed est pulchra dubitatio 2. nu 42. de dona inter vir, idq probat l. 1 t° 17 par 2 in vers. y otras yfas que pertenecer al reino, asi como villas y castillos. o los otros honores, ubi discrimen constituitur inter bona propria ipsius regis ut sunt mobilia. et in mobilia que sibi lucratus est per successionem hereditariam vl titulum singularem, et illa que regni sunt, ut civitates. castra etc idem probat l. 1 t° 13 ead part

35 Unde provenit, q bona illa dignitatis regie, rex alienare non potest. prout abb et ceteri scrib. resolbunt in d. c. intellecto de iur. iuran. hostien et felin in c. dilecti de maiori et obedien. pal rub. ubi supra citans leges regias. id probantes covar in d. c. qvis pactum 2 par § 2

36 Igitur cum rex sui regni sit administrator, neq pari passu ambulent bona regalia ad regiam dignitatem pertinentia, et illa que de patrimonio particulari ipsius regis sunt in quibus liberas q des habet, et ea libere et sine causa alienare potest. l. in re mandata C mand. l. sed et si lege § consuluit ff de peti. hered; ridiculum et absq iurisratione est dicere, q in regno iure hereditario succedatur, sicut succeditur in aliis bonis, si quidem administratio regni in bonis regis non remanet, imo cum persona extincta est, et primogenitus non ei succedit ut iam diximus, sed vl a primo instituente vl a consuetudine successio ipsi defertur, sicut tutella iure sanguinis consanguineo a lege defertur;

37 ¶ q si quispiam mihi obiciat. q multi doctores excitatis pro hac parte, non de regno sed de aliis maiorazatibus trac tent, ipsi respondeo; q cum a capite membra discedere non debeant .c. cum non liceat de prescrip .c.1. de sacra un ctione, et regnum sit caput maioratuum hispaniorum. et ab eo quodammodo deriventur. eius naturam sequi fa tendum est. ut edocet abb in cons. 85 1 par et paul de cast in illo celebri cons. 164 vol 2 bologning in cons. 62 col 2. peralt in rub ff de hered instit. nu. 122 et in l 3. § qui fidei comissam nu. 120 eod. titu. et ant de padill in rub .C de fideicomiss nu 6, nempe ad regni exemplar primogenia hispanie introducta sunt. prout afirmat simanc. de primogen lib. 1. c 22 et molina lib 1. c. 2 nu 16. covarr. var. resol lib 3 .c 5. nu. 9, asaa de primogen chart, 90. nu 39 et sequen, unde tenentes q maioratus antiqui iure sanguinis, et non hereditario defferantur idem in successione regni. censere videntur, quin nimo si diligenter legantur predicte sententie ad [illegible] secle; invenietur q indiscriminatim de regno. et aliis maioratibus loquuntur

38 ¶ fateor tamen q non in omnibus et per omnia, regna et alii maioratus conveniant, tamen sufficit q in subs tantialibus parificentur ex notatis in l. i ff de lega. i; nec dispar ratio dari potest in regno circa id de quo sermo noster est, immo eadem militat, ut non iure heredita rio. sed sanguinis ad regnum quis admitatur ut ex iam adductis patet

39 ¶ tandem predicta sententia lege regia portugalie compro batur

batur· in. lib·4 titu·35 §.1· qua cavetur· q successor bono rum regie corone repudiare potest ultimi possessoris here ditatem, et regie corone bona retinere, ergo non iure hereditario talia bona defferuntur, alias, repudiendo hereditatem; bona regie corone obtinere non posset cum hereditas sit sucessio in universum. ig· l. hereditas ff de reg· iur· scrib· in rub ff de acq: hered. tx· in c1 an agnatus vl· filij, ubi probatur, feudum hereditarium retineri non posse ab eo qui patris hereditatem repudi averit tradit covarn· vari· resolu lib 2· c· 18 nu 4· post bar in l ut iuris iurandi· § si liberi nu 4· ff de operis libert,·

40 ¶ Probatur igitur, in illa· l· regia q bona regie corone non iure hereditario acquirantur, que quidem cum titulo maiorazatus a possessoribus teneantur virtute legis menta his· a rege Ioanne, huius nominis, Primo, mente concepte quam quidem servari iussit, et postmodum odnardus eius filius in scriptis redegit· ut refert. acost. de Patruo et nepo· in prin· pagi 2 et.3, sequitur. q iure illius regni maiorazatus non iure hereditario, sed sanguinis deffe rantur, et cum regnum sit maiorazatus. et alio ipso ma ioratuum caput necessario fatendum est, q in eo iure hereditario non succedatur

1 ¶ Superest, his que Priorem sententiam Probare videntur respondere, quorum fortius argumentum ex·c·licet de voto. depromitur, ubi· s.p· inno: 3., andree· regis hungarie filio· iussit, ut intra certum tempus, votum

Quod eius parens in extremis agens, fecit adimpleret, alias anathematis vinculo subiaceret, et eius quod ipsi andreae, si rex hungariae frater eius sine prole decederet, competebat ad ipsum regnum ordine geniturae, amitteret, et ab eo privatus esset, unde colligi videtur quod regnum primogenito iure hereditario defferatur. et in eo tanquam heres parentis succedere debeat, cum ex causa ab eo privari possit ut ibi notant scrib. et oldral. in d. consil. 94 nu. 8. tiraq. de primogen. q. 35 nu. 3. acosta de patruo et nepo. c. de regni success. pag. 136, siquidem ob eiusmodi redditur parenti filius qui eius preceptum spernit. alex in cons. 136 col. fin. vol. 1. paul. de cast. in consil. 197 in fin. vol. 2 rolan. a valle in consil 70 nu 7 vol 3, parisius in cons 1 nu 66 vol 3 et in cons. 19 nº 57 et 138 vol. 2. et consil 91 nu 54 eod. vol.

42 ¶ Unde gl. fina. ad fin. in d. c. licet de voto. observat quod licet filius ob non implementum voti paterni, legitima privari non possit, prout etiam tenet bal. in auth. hoc amplius c. de fidei comiss. nu 7. et abb. imol. et covar. nu 9 in c. si heredes de testam; regni tamen successione privari potest, ex eo quod minime deducenda est legitima, cui sententiae et alii docto. ibi adherent ea ratione moti quod cum regnum sit indivisibile legitima ab eo detrahi non potest

43 ¶ Verum enimvero quamvis multi ex scribentibus eiusdem fuerint censurae inter quos. albert. in prohem ff. vet. § discipuli col. 5. et in l. donationes quas parentes nu. 4 C de donat. inter vir. et uxo. marti. lauden. de primogen. col. 6. § 51. quero an pater vel dux. iacob. de primog. fol. 85 nu 37. menoch. de success. creat. § 21 nu 146, et alii quos.

Ipsi referunt, contraria tamen opinio verior est et in praxi observata. quod affirmat peralta in l. 3 § qui fideicomissam nu. 86. ff de hered. instit. padilla in l. unum ex familia § si de falcidia nu. 16 et sequen. ff de lega. 2. molina de hisp. primogen. lib. 1. c. 9 nu. 2. alios eiusdem censurę ad sectas refferens. quam veram esse putat in maiorazibus antiquis

44 Neque obstat tx. in d. c. licet, cuius decissio in favore pręcam se fundatur. quam rex hungarię adimplere iussit, neque ad alios casus trahere neque extendere debemus l. quod favore ff de legib. et hunc intellectum ad illum tx. verum esse probant. hostien. et Joan. and. et ceteri scrib. ibi. quos sequitur peralt. in d. § qui fideicomissam nu. 86.

45 Displicet tamen pal. rub. et aliis qui constanter tenent regem filium suum primogenitum, regno privare non posse ob eam causam quod votum ab eo emissum adimplere noluit prout refert molina d. c. 9 nu. 4 et in nu. 5. verum intellectum illius tx. asignat, scilicet quod ideo ibi filius regis aragon in successione fuit, quia cum ipse promisse erat tale votum adimplere; id facere tenebatur. quapropter non est mirandum quod summus Pontifex eum ad id adstrinxerit. sub anathema tis pęna. et iuris primogeniture amissione, licet iure sanguinis sibi competeret, et hunc intellectum sequuntur ioanis in c. si here. de. nu. 10 de testam. anto. de padill. in auth. hoc amplius nu. 18. C. de fideicomiss. grego. lopez in l. fin. 4º 10 par. 6. carol. molin. consuetu. parasien. titu. 1 § 8. gl. 3. q. 3. genll. bened. in c. raynutius par. si absque liberis moreretur [redacted] 2. nu. 21. de testamentis.

46 ¶ Miror quidem valde, ne dicam misereor oldral. ancharra. et tiraq. et acost. et aliis supra citatis, viris aliquin doctissimis et in iuris disciplina celebribus, tam profundum eos obrepsisse somnum, ut pro sua opinione adducant c. licet de voto, ubi probari afirmant, quod regnum in rehereditario defferatur, cum ab eo primogenitus ex causa privari possit atque exheredari, sed tantum abest quod ille tx. id probet, quod totum contrarium ex eo deducitur, ibi enim rex hungarie filio suo iussit et commisit ut votum quod ipse voverat adinpleret, sub interminatione maledictionis paterne, si id non faceret, cui ipse filius asensit et id adinpleturum absque dilatione promissit, qui quidem sua promissione astrictus a romano pontifice fuit monitus ut propriam promissionem absolveret, ne si onus a patre ei iniunctum et ab eo sponte susceptum detrectaret, paterna successione se redderet indignum, et subdit, sciturus ex tunc anathematis te vinculo subiacere, et iure quod tibi si dictus rex sine prole decederet, in regno hungarie conpetebat: ordine geniture privandum. et regnum ipsum ad minorem fratrem tuum apellatione postposita devolvendum, pro cuius tx. interpretatione est notandum, quod tanquam diversa ponuntur, paterna successio, hereditatisque emolumentum, et ius regni, quod iure primogeniture andree regis hungarie filio, rege eius fratre sine prole decedente, conpeteret. Si quidem si pro eodem ibi asumeretur paterna successio, et ius primogeniture, de superfluitate redarguerentur romanus.

pontifex, a qua cavendum est § quibus in 1 constitu c.
et ibi notat bal et in Prohem decret § pen, ergo tanquam
distincta et diversa aposita fuerunt in d. c licet. su
ccessio paterna qua redderet se indignum. Predictus
andreas ut ibi enunciavit s. p., et ius quod ad reg
num ordine geniture conpeteret, defuncto rege
fratre ipsius absque successore, et sic non conprehenditur
regni successio sub paterna successione, imo tanquam diver
sa ibi aponuntur

47. ¶ Preterea in illo tx non dicitur quod pater filium exhere
daverit, sed tantum quod iussit ei, ut votum adinpleret sub
sua maledictione si id non faceret, neque ex eo quod quis
filium maledixerit, eum exheredare videtur, imo ver
ba indignationis nihil ultra illud quod sonant dis
ponunt, quod notat bal in prohem decret in prin. nu. 32
et innocent in d. c licet in primis lineis, apostillando illud
verbum, maledictionis, hec pœna inquit non includit ali
am, scilicet, privationem successionis paterne, quinimo cum
maledictione potest quis heres institui l. his verbis § 1 ff de
hered: instit. concor. l. 10 vers. mas si el testador titu 3 par
6, quod procedit etiam si cum causa sufficienti ad ex
heredationem maledicatur ut docet bal in d. prohem nu.
32. lass. in authen. non licet nu. 2 C de lib. pret. et in l. si quis
in fundi vocabulo nu. 21 ff de lega. 1. et in l. et si peperce
rit nu. 4 ff de lib. et post. putat predictam sententiam
veram non esse si testator insimul cum maledictione
exprimat causam sufficientem ad exheredationem, et

47

pro sua opinione citat d. c. licet de voto, sentiens quod in casu ibi proposito causa sufficiens fuit proposita

48 ¶ sed meo Iudicio in tx illo nulla causa exheredationis expressa fuit, sed tantum iussit testator ut filius eius adimpleret votum, ab eo emissum, sub pœna suę maledictionis et sic non maledixit simpliciter sed sub conditione negativa, vz. si id non adimpleret, exheredatio tamen non sub conditione sed pure facienda est. l. 2 § pure ff de liber et posthu. l. 3 titu 7 par. 6. quia quę sunt in conditione non sunt sub dispositione l. si quis sub conditione dandorum decem ff si quis omiss. caus. testam. l. cedere diem ff de verb. signi, ergo in casu d. c. licet de voto filius regis exheredatus non fuit, neque causa sufficiens ad exheredationem fuit expressa, sed pœna suę maledictionis apposita, si non adimpleret votum, ut filius magis induceretur ad id implendum

49 ¶ neque est causa sufficiens ad filium exheredandum, quod filius dispositionem piam ipsius parentis non exequatur, imo legitima sibi reservatur intacta secundum gl. in c. si heredes de testam. per tx. in auth. hoc amplius C. de fidei comiss. et opinionem gl. sequuntur ibi cardin. imol. et abb. barba et covarru. mag. Joan. lecirier. de pr. gemi. lib 3. q. 6. antv. de padill. in d. auth. hoc amplius nu. 17.

50 ¶ verus igitur intellectus c. licet est, quem assignavit covarru. in d. c. si heredes nu. 10, sc. quod ob id quod filius patris votum non exequeretur, privandus esset paterna hereditate

tate deducta ex ea; legitima que quasi debita filiis est l. et quia ff pro socio, quequidem non est ex here dato sed dispositio de bonis quibus pater libere disponere poterat sine preiudicio legitime eius filio debite

51 Et quod in ultima illius decretalis parte .x. d. subdit, privandum fore regno quod ordine geniture filio compe teret, ex eo fuit, quia filius votum parentis ad executione deducere promisserat, quod ex sua promissione ad inplere tenebatur l. 1 ff de pactis ubi scribentes comuniter observant quod etiam principes pacta servare teneantur quapropter a romano pontifice fuit admonitus. ut propriam promissionem absolveret, poenam excommu nicationis atque amissionis iuris primogeniture adiciens si contumax fuisset

52 Potest, siquidem papa ex causa regem privare regno, ut probat tex in c grandi. de suplen: neglìgen. prela. lib. 6. notat Ioan. lupus. de iusta obtent. regni navarre 2 par § 7. covarr. in d. c si heredes in fin. et probat tex in c. apos tolice de re. iudica. in 6 c. alius 15. q 6 c. adrian 63 dist, ipse enim omnes iudicat et a nemine iudicatur c. costantinus 2 96. dist c. aliorum c. cuncta per mundum 9. q 3 c. signifi casti de elect tradit. guiller. de monserrat in tract. de succe ssio. regum .1. dubio n. 29

53 Preterea rex hungarie non solum ire in terram sanctam in obsequium et pro devotione voverat, sed etiam fortu na[s] in eius subsidium, cuius quidem filius ita adinplere pro misit

et aciem bellatorum exercit. preparavitque, quam quidem con
tra crucis inimicos dirigere simulabat ut notat gl. in d. c. licet,
et succursu terre sancte fuit ibi in consideratione, sicut et in
c. super his § rursus eod. titu., et populo christi fidem pro
fitenti maxime interfuit in voti adimplemento, quapropter
ter .rom. p. iustissime filium regis admonuit ut adim
pleret quod promisserat, poenas ei comminando si id
non faceret, cum ex promissione predicta romane ecclesie
actio quesita fuisset

54 Nec omittendum est, quod ut gl. et scrib. notant in d. c. licet,
andreas predictus adversus regem hungarie eius fratrem
aciem secreto convertebat, insimulans preparatum esse
adversus religionis christiane inimicos, et ideo ad evi
tandam duram bellorum commotionem inter principes chris
tianos, papa iussit, ut in subsidium terre sancte suum
exercitum ipse andreas duceret, ut promissit, sub
comminatione poenarum que in d. decretali enunciantur,
ex quibus plusquam manifeste liquet, quod in casu illius
tx. rex hungarie minime exheredavit filium a regno, quinimo andreas succedere non poterat. sed frater eius primo
genitus qui post patris obitum in regno successit, qua
de re mirandum est valde, quod in questione tam pondero
ssa adducatur tx. ille ad probandum, quod regnum iure here
ditario defferatur ex eo quod ibi pater exheredavit filium
a regno, cum nihil minus in illo tx. probetur, nec verbum
ullum in eo est ex quo id expresse neque in argumentum

derivetur sed totum contrarium. ut ex supradictis patet,

55 ¶Ad secundum argumentum oldral. sc[ilice]t q[uod] ius naturale quo omnes filii succedebant parentib[us], non tollitur per ius gentium, quo statutum est q[uod] filius primogenitus post mortem patris regnum obtineat, nec veritas naturę obumbratur, facilis est solutio, v[idelicet]., q[uod] ex eo q[uod] Primogenitus iure sanguinis et non hereditario succedat in regno, non ideo ab hereditate paterna excludatur, quam adire poterit et in bonis hereditariis succedere, cum ceteris fratrib[us], non tamen inde colligi valet q[uod] regnum iure hereditario consequatur. cum in eo parenti non succedat, sed a primo institutore vel a consuetudine deferatur ut supra probatum est. unde provenit q[uod] filius regis primogenitus etsi succedat in regno, ab ipsius parentis hereditate abstinere poterit l. qui filiab[us] § fin. et l. seq. ff de lega. i°. et notat guill. de monserrat. de successio regum. i° dubio nu. 30.

56 ¶Quod procedit etsi filius primogenitus in parentis potestate sit constitutus tempore mortis ipsius, cum iure pretorio beneficium abstinendi ab hereditate parentis filiis suis concessum sit. § sui inst de hered. qualit. et diffe. vsi. sed et his permisit pretor et ibi theoph. et viglius nu 8. inquit, q[uod] facit pretor ex necessario voluntarium. dummodo sese abstineat. l. necessariis ff de acqui. hered; nempe necessitas illa adeundi parentis hereditatem iure civili antiquo, descendentib[us] suis indicta, a pretore sublata fuit ne inviti parentis creditorib[us] tenerentur. bal in l. uni

C. q.ⁿ non peten. part nu. 10, et hoc ius pretorium Postmodum iure civili aprobatum fuit ut probat. tx. in d. § sui. et in l. necessariis ff de acqui. hered. l. iam dubitari l. suus quoque ff de hered. institu. l. nam nec emancipatus ff de lega. i.

57 Ad tertium argumentum Pro contraria opinione adductum solutionem collige ex his, que supra diximus mi. ubi distinctionem fecimus inter feudum hereditarium et familiare, quod quidem ex Principali providentia et non mero iure hereditario acquiritur, nec requiritur quod aditio hereditatis interveniat ut succedat in eo agnatus, vasallo sine Prole decedente c. 1. an agnatus vel filius, vers; ubi vero, Pro cuius vero intellectu legendus est. covarru: vari resolu. c. 17 nu. 4. dicens quod distinctio illius tx. procedit in feudo acepto, nulla filiorum neque heredum mentione facta, vel si filiorum mentio fiat, et utroque casu feudum non est hereditarium, quod si ita concessio concipiatur, sci. concedo in feudum, pro te et tuis heredibus, feudum hereditarium erit, et illius tx. distinctio locum non habebit, imo etiam agnatus hereditatem adire debet, ut in feudo succedat, et hanc [struck out] dicit magis comm. zasius in rub. de feud. success. vers; Quinta conclusio

58 Oppositum tamen tenuit bal. in d. c. 1. nu. 3. sci. quod dispositio illius tx. locum habeat in feudo hereditario vel simpliciter reacepto, non autem in feudo absolute ex pacto et providentia, et hanc dicit comm. salice in l. 2. n. 5. C. de libert. et eorum libe. et imol in c. ex parte n. 29 de feud, refert et sequitur iacobinus de feudis, vers., ita quod ipsi investiti, nu. 2:

et Julij. clarj. recept. senten. lib 4. § feudum. q. 76. n. 3. qui etiam legendus est in q. 9 nu 2 et seq. ubi observat tria genera feudorum esse, unum simpliciter et absolute hereditarium, quod concessum est pro se et heredibus quibuscumque. in quo nulla alia qualitas requiritur ad succedendum nisi quod sit heres. quamvis sit extraneus teste bal in l. cum virum post nu 21. C de fidei comiss quem sequuntur comuniter scrib. prout affirmat. Julij clarj d. q. 9 nu 2 post. gigan. de pensio. q 19 n 13 paris. in consil 23 nu 170. lib. 1. socin iunior cons. 103 nu 28. lib. 2. aimon. cravet in consil 256 post. nu 8 versi. his tamen et hanc servari in praxi asserit. Jul clarj, aliud feudum est ex pacto et providentia simpliciter et absolute concessum. pro se et filiis. nulla facta mentione heredum, et hoc non dicitur hereditarium, tertio si feudum alicui sit conceessum, pro se et eius filiis et heredibus non est. feudum hereditarium simpliciter, neque est feudum ex pacto et providentia simpliciter. sed participat ex utroque, et requiritur quod sit filius et heres qui in eo succedere vult et hanc opinionem verio[rem] magisque comun dicit et in praxi servari. Jul. clar. in q 9 nu 4 ubi quamplures doctores eam tenentes citat

59 Ex quibus ad nostrum casum concludo quod feudum ex pacto et providentia simpliciter constitutum pro se et filiis, non requirit hereditatis aditionem, sed tantum quod sit descendens vel agnatus ut resolvit clarj d. q. 9. nu 3 et in q. 76. nu 3, unde iura relata in 3° argumento pro opinione tenentium

tium quod regni successio iure hereditario deferatur, nihil probant

60 Praeterea ut supra tetigimus non in omnibus et per omnia feudum cum maioratu convenit, imo in pluribus differunt quorum aliqua enumerat Pinel in l. 1. C. de bon. mater. 3. par. n. 99. burgos de pace in prohem. legum tauri nu. 72. et sequentibus, unde argumentum non semper de uno ad alium procedit prout tenet paul. de cast. in cons. 164. col. penul. lib. 2. Pal. rub. in repet. rub. de dona. inter vir. § 69 nu. 30 et 34. Suarez in l. quoniam in prioribus. 11. limita. dub. 20 n. 3. C. de inofficiosi testam. molina de hisp. primog. q. 23 nu. 13. covarru. var. resol. lib. 1. c. 13. n. 14, et ideo non est amplius laborandum circa intellectum iurium feudorum quae pro contraria sententia adduci solent, neque opus est aliis rationibus et fundamentis a tiraq. congestis, solutionem assignare nam fragilia sunt et maiora nos expectant

§. 3.

61 Alia sese offert questio examinanda pro interpretatione conclusionis in prima hac parte proposite, scilicet, utrum proximitas in regni portugalie successione de qua noster tractatus est, respectu d. henrici ultimi possessoris attendenda sit, ita ut ei propinquior, verus successor sit eiusdem regni, vel referenda sit proximitas ad primum institutorem a quo ipsa successio derivatur, ut in § precedenti docuimus, et probat l. unum ex familia § si de falcidia ff de lega. 2. l. cohere di. § cum filie ff de vulg.

62 Et in hac questione cum multa sint a iuris interpretibus

tradita, nos digitos ad fontes intendere satis esset, nisi negli
gentie redarguerem(ur), siquidem non est de lana caprina
ut aiunt, certamen, sed magni ponderis et non minoris uti
litatis pro decissione nostri casus, et cum veritas disputatio
ne discussa magis splendescat c. gravem 35 q. 9., et verita
tem sine disputatione perquirentes similes sint nescienti
bus quo ire debeant ut inquit phs. 3 metaph., non abs re erit
per disputationem ad utramque partem hic inquirere verita
tem

63 Et primo videtur iuri ac rationi consonum quod proximitas con
sideranda non sit respectu ultimo decedentis, sed primi ins
tituentis, cum huic et non illi succedatur, ut supra manifes
tissime probatum est, absurdum quidem videtur quod pro
pinquitas illius attendatur de cuius successione non agitur
et omitatur proximitas illius a quo regnum et successio pro
venit atque derivatur;

64 2o ne sine lege loquamur pro hac parte est optimus tx. in l.
cum ita § in fideicomisso ff de lega. 2., ubi in fideicomisso fami
lie relicto succedunt nominati a testatore, et his omnibus ex
tinctis, qui ex familia defuncti fuerint tempore quo vita func
tus est admittuntur ad fideicomissum non tamen proxi
miores nominatis, et quod in illo tx sequitur, et qui
ex his primo gradu procreati sunt, non obstat, si verba
illa intelligamus cum gl. xb, et qui ex his, in 2 intellectu
ibi vel dic ex his, scilicet proximis tempore mortis, quasi dicat quod
extinctis nominatis a testatore succedant in fideicomisso fami
lie relicto qui tempore mortis testatoris fuerunt de eius familia

et eidem Proximiores, non vero nominatis et gravatis, et sic atten ditur Proximitas testatoris et non Primo nominatorum, deinde quia admittuntur qui ex his proximioribus testatori Primo gradu creati fuerint qui tunc erunt testatori Propinquiores. neque alii proximiores dari poterunt prout notat covar. pract quest c 38 nu. 1. versi: deinde,

65 Tertio et in confirmationem aduci potest, quod, inquit, bal in l. liciis .1. ff de lega 2, quia voluntas presumitur semper uni formis nisi contrarium probetur. tx. in l cum tacitum et in l quinquaginta ff de probat, sed cum ad maioratus successionem primo nominetur ille qui est testatori proxi mior, idem in ceteris successoribus voluisse Presumendum est, ut voluntatis uniformitatem demus, et sic semper Proximitas ipsius instituentis considerari debet, que quidem voluntas ex naturali affectione colligi valet l. si viva ma tre C. de bonis mater., nempe maior est affectio testatoris erga Proximiores quam erga eos qui gradu remotiori sibi con iuncti sunt

66 Etsi cum voluntas expressa instituentis maioratum, quod sibi proximiores Preferantur in eiusdem maioratus su ccessione servanda est l. non aliter ff de lega. 3. l in con ditionibus ff de cond. et demonst. l. cum questio § fin C de lega. et est comm. regula. teste parisio in cons. 41 nu. 15 lib. 2 et cons 52 nu. 6 et cons. 78 nu. 16 eod. lib; ita si ex coniecturis talis voluntas colligatur servari de bet l. cum proponebatur in fin ff de lega 2, nam le gitime

gitime coniecturę evidentem voluntatem demonstrant l. licet imperator ubi bar et ceteri scrib ff de lega 1. l. titia § lucius ff de lega. 2. l. si tutor petitus et ibi gl. ordinaria C. de periculo tuto, in cuius confirmationem aducunt plura socin consil. 6 n° 9 lib. 3, paris cons 35 nu. 12 et seq. lib 3. molina De hisp primog. 2 par lib 3 c. 4 nu. 38. et est comun sña. teste philipo decio in l. 1 post nu 4 C. de collat. iul. clar recep senten. lib 3 § testamentum n°. 1.

67 ¶ quamvis mens hominis non possit videri, per coniecturas tamem cognosci poterit ut inquit bal. in c. super literis nu. 11. de rescrip, sed que coniectura evidentior dari potest, ut sibi proximior, vellit maiorazatum instituens q̄ semper succedat, q̃ ea scilicet, q̄ primo vocavit sibi propinquior rem, puta filium, ut ex ea inferri Debeat q̄ in ceteris succesoribus voluerit ut propinquitas ipsius attendatur. non vero ultimo decedentis

68 ¶ et cum hoc concurrit verissimilitudo cognata naturę ut inquit. bal. in cons. 180. mortuo. col. 1 vol 3, me mi nit re buf. de benef. in regu. cancel, De verissimili notitia gl. 1 nu. 4, scilicet, q̄ maiorazatus institutor preferri nollet, illis qui sibi sunt magis coniuncti, eos qui in gradu remotiori sunt positi atque constituti, neque est aliqua dispositio tam generalis, que ad non verissimilia trahi Debeat. Jas. in cons. 141. col 8 vol 2. et plura congerit hipol in singul 298 et in l. 1 in prin. ff de questio.

69 ¶ quarto etiam aduci solet c. 1 § ulti. de success. fratrum

ubi proximitas authoris attenditur. et bal. ibi inquit, quod in feudi successio suum aspicit stipitem et non alium qui non sit agnationis comm. stirps, idem bal. in c. 1 n. 2 de eo qui sibi et heredib. suis. et in cons. 37. lib. 2. paris. consil. 23 nu. 131. lib. 1. post ang. in cons. 100 dicens quod in successione feudi semper considerari debet origo, et si per mille manus ambulet semper ultimus est primi acquisitoris successor. et ab eo habet causam. a quo originem

70 Predictis rationibus et aliis, moti aliqui docto. defendere conantur hanc opinionem, quod in successione regni et aliorum maioratuum proximitas instituentis sit attendenda et pro sua sententia adducunt doctrinam bar. in l. si cognatis nu. 2. ff de reb. dub., ubi tenet quod si legatur cognatis in dubio de cognatis testatis intelligendum est, idem bar in l. peto § fratre ff de lega. 2, sequitur Jas in cons. 159. lib. 4. et in cons. 215 n. 2. lib 2. philip: deci. in cons. 546 circa fi. vers. sed ex ibi adductis affirmans quod persona testatoris attendi debet. cum ab illo procedat fidei commissum et in dubio ad ipsum testatorem verba referenda sunt. l. cum in testamento et ibi bar. ff de aur. et arg. lega. l. ex facto in prin. ff ad treb., eiusdem censure fuit rubeg. in cons. 126 et cons. 38 col. ult; et in l. gallus § quidam recte n. 33, vers; secundus casus. sm. in pressionem noviorem

ff de liber. et posth. ubi tenet quod si testator vocat simpliciter familiam suam, proximitas respectu eius dem testatoris attendenda sit, quia sicut per vulgarem substitutionem, testatori succeditur, ita per fidei comissariam, pro qua opinione citat alex in cons. 26 vol 3., et subdit quod hec videtur commu. opinio, cui suffragantur Joa. crotus in rep. l. filius familias § divi n. 159. vers. quarto quaeritur ff de lega. 1. et loazes nu. 203 vers., et ut nihil omittatur, et ripa. nu. 31. curtius Junior in cons. 5 col 2. refert et sequitur. tellus. in l. 27. tauri nu. 7.

71 At tandem predicta sententia placuit. covarru. practi. questio c. 38. nu. 3., ubi diligenter examinat, et per alt in l. cum ita § in fidei comisso pag. 377. ff de lega. 2. in. [illegible]; in qua ut meum iudicium, portat quod in dubio in substitutione fidei comissaria in qua plures ordine successivo gravantur, ad fideicomissum admitatur is qui fuerit ipsi testatori proximior tenpore mortis possessoris, quamvis possessori supersit alius propinquior quam quidem opi: tz. 161. alberi. ad fin post. oldral. de pont de laud, et corneus in cons. 37 lib 1. et cons. 220 lib 2. rolan. a valle in cons 70 nu 75 vol. 3. dicens quod hanc afirmant esse commu. sententiam Jas. crotus et loazes ubi s.

72 His tamem, et aliis que adduci possent non obstantibus, constanter tenendum est, quod in dubio quan

do

do aliud expresse dispositum non est per institutorem maioratus, legem vel consuetudinem, si ab ea derivetur, Proximitas respectu ultimi Possessoris attendenda sit, non vero respectu testatoris seu maioratum instituentis, Quod ex sequentibus probatur.

73 Primo de hoc est tx. expressus in l. cum ita § in fideicommisso in vers. et qui ex his primo gradu procreati sunt. iuncta gl. communiter recepta verb. ex his, ff de lega. 2; ubi est casus quod in fideicommisso familie relicto Prius admittuntur nominati a testatore, et post eos omnes extinctos Proximiores testatori succedunt, et postmodum qui ab his Procreati sunt, ecce igitur quod Propinquitas, non respectu testatoris sed Proximioris gravati attenditur, alias diceret tx. et qui ex in priori gradu inventus est, se referendo ad testatorem, sed cum i. c. voluerit quod proximitas fideicommissarii decedentis attenderetur, non vero testatoris, postquam determinavit quod nominati Primo loco admittendi essent, subdit, aut Post eos omnes extinctos qui eo nomine fuerint eo tempore quo testator moreretur, et qui ex his Primo gradu procreati sunt

74 Et pro vero intellectu illius tx. notandum est quod in legato seu fideicommisso familie relicto non simul omnes de familia succedunt in eo, sed gradatim Propinquiores Preferendo secundum ordinem proximitatis in-

probat . tx in l. fina . C. de verb . signi . et ibi gl. in vb . post eos, id notat et bal . et salice nu . 2 . et paul . de cast in prin , inquit, q veniunt coniuncti , secundum ordinem affectionis, et praedilectionis , et Jas . nu 2 . dicit . q si aliqui de familia sunt nominati illi primo vocabuntur , et in eorum defectum alii . s . gradum ordinis et consuetudinis , q nominati magis dilecti censentur , et in illa successione praela ti . ut ex d . l . fin . colligitur ; ibi nulla quidem speciali adiectione super quibusdam certis personis facta , iuncta gl . nulla , ibi nam tunc secus esset , hoc est ; nominati prae fferri deberent , q talis specificatio . seu nominatio spe cifica multum operatur . l . alimenta § basilice ff de alimen . et ciba lega . l . cohaeredi . § qui patrem ff de vulg . l . item apud labeonem § hoc edictum ff de in iuriis

75 ¶ unde bal . in l . i C de edict . divi adri . tollen , inquit, q si ex pluribus electis , unus tantum potest posidere , primo nominatus est preferendus , pro quo est . tx . in c . pe . de electi . lib . 6 . ad fin . principii . l . cum pater § . penul . ff de lega . 2 . l . heredes mei § fin ff ad treb ;

76 ¶ nec silentio pretereundum est q exprese nominati pri mo loco admiti debent et si in gradu remotiori sint . constituti . tradit per alex . in d . § in fideicomisso nu . 1 . declarando limitationem Joa . de imol , et idem puto dicendum si nominati omnino extranei sint

ut si testator petro et ioanni extraneis et familiae fundum per
fideicomissum relinquat adhuc illi nominati preferendi
sunt nam ex nominatione specifica censentur magis
dilecti,

77 ¶ secundo est advertendum quod regulariter quando plu
res vocantur ad successionem, omnes simul admittun
tur. sic bar. in l gallus § quidam recte ff de lib et
posthu. et homi dicit comm opi. Joan. de imol nu. 20. Jas
nu 22 et seq socin nu 3 fortu gars nu 47 alciat nu 20
Jul clar recept sent § testamentum q. 80. mench, de succe
creat § 20 nu 120. molina de primog lib. 1 c 6 nu 4; ca
rolg ruing in cons. 168 nu 9. lib 2, qui quidem intelli
gunt quod dictum est, quando inter illos qui copula
tim sunt vocati; solum concurrit ordo charitatis et
affectionis, abest tamen necessitas instituendi eos et
substituendi, reprobata sententia bal. in d. § in fidei
comiss. qui tenet quod si fidei comissum familiae relinqua
tur nominatis quibusdam quod non omnes nominati
simul ad fidei comissum admitantur, sed ex eis pri
mo admitti debent proximiores ipsi testatori, quam sen
tentiam reprobat covaru. pract. quest. c ult. nu 4 in
versi 2 ad notandum est et in c rainutig § 2 in prin
qui afirmat magis comu opi esse adversus bal. cen
suram

78 ¶ fallit tamen predicta regula quando ad fideicomissum
voccata est familia agnatio seu cognatio prosapia seu
parentela, domus vel genus, tunc n. non omnes simul

sed ordine successivo gradatim succedere debent. gl. in d. l. cum
ita § in fideicomisso verb. nominati ff de lega. 2 co[m]muniter
approbata teste socin. in consil. 43. nu. 8. lib. 3 et cons. 86. nu
3. eod. vol. curt. Junni. in consil. 22. nu. 12. paris. consil.
3 nu. 41. lib. 1. et consil. 57. nu. 16. et consil. 76 nu. 6. eod.
vol. philip. deci in cons. 205 nu. 3. covarru. in c. raynu
tius § 2 nu. 7. de testam. Jul. clar. recep. senten. lib. 3. §
testamentum nu. 13. molina de hispa. pogen. lib. 1 c. 5
nu. 24. peralta in d. § in fideicomisso nu. 15. et 16

79 Quibus sic premissis, dubium sese offert, an in casu d.
§ in fideicomisso, substitutio vulgaris sit, an fideicom
ssaria, inter quas substitutiones magnum discrimen
est, nam si per substitutionem vulgarem illi de familia
vocati sint, primo nominatis adeuntibus, cesat substitu
tio l. post aditam. C. de inpub., secus si per fideicomissa
riam, nam etsi primo nominati adierint, adhuc eis extin
ctis proximiores de familia admituntur, et post modum qui
ex his primo gradu sequuntur, neque aditione eorum qui
propinquiores sunt. quoad alios fidei comissaria subs
titutio extinguitur. l. cogi l. qui poterat ff ad trebel.

80 Et paul. de cast. in proprio loco nu. 2. et 3. tenet quod in d. §
in fideicomisso. substitutio fideicomissaria interve
nerit, eandem sententiam sequitur in l. gallus § qui
dam recte nu. 9. ff de lib. et posth. et sic quod primo vocati
bona in sequentium prejudicium alienare non possint

cum eis restituere debeant et hanc sequitur philip. deci[us]
in cons. 95. nu. 4 et cons. 236. nu. 1. curt. junnior in cons.
48 col. 3. aimon cravet. consil. 131. et cons. 22, qui tenent
quod si facta sit substitutio nomine collectivo, aut per ver
ba tractum futuri temporis significantia, fideicommi
ssaria censenda sit, sequitur covarr. in c. rainutius § 2
nu. 7 de testam. et tract. quest. c. 38. nu. 4. vers. primum di
cit esse comm., pro qua opinione pondero illum tex. primis
verbis, ibi, in fideicommisso quod familiæ relinquitur; non enim
dicit tex. in substitutione vulgari familiæ facta, hæc ta
mem ponderatio fragilis est, nam respectu heredis grava
ti restituere familiæ, fideicommissum est, hi tamem qui
ad fideicommissum vocati sunt vulgariter et directo
substitui possunt. l. ut heredibus et ibi notat gl. 1. ff. de
lega. 2. § 1. inst. de singul. reb. per fideicomm. relict.

31 Contrariam opinionem tenet rapha. cuma. in d. § in
fideicommisso nu. 9. dicens quod si plures simpliciter vocati
sunt sub hoc nomine familiæ, vel alio collectivo, per vul
garem substitutionem ordine successivo vocati censen
tur, et primo adeunte ipsa substitutio expirat, nisi si
mus in materia perpetua vel tractus successivi, quo
casu vocati censentur per fideicommissum, neque ab hac
opinione recessit idem cuma. in l. peto § fratre nu. 5 ff.
de lega. 2. cui adherent socin. in l. si cognatis nu. 17
ff. de reb. dub. et in cons. 43 nu. 9. lib. 3. anto. rubeu[s]
in l. gallus § quidam recte nu. 64 ff. de lib. et posth.

duos casus distinguens cum socino, unq, quando vocantur agnati simpliciter, aliq, quando non simpliciter, sed adito; qd vult ut bona in sua familia vl agnatione remaneant, in Primo casu, uno ex vocatis admisso ceteri excluduntur, in secundo tamem qz perpetuitatem voluit ex uniq aditione alii excludi non debent, Placuit etiam dicta sententia carolo molineo in addit ad alex cons 26 lib 3 anto gome in l 40 tauri nu 43 et sequitur molina de hisp primog lib 1 c 5 nu 27 et seq eam defendens optimis rationibq et fundamentis, et aductis pro contraria parte respondet, et tandem tenet q in d § in fideicomisso substitutio sit vulgaris, unde uno adeunte, ceteri omnino excludantur, et eodem modo intelligit l fin C de verb sign, minime obstante l peto § fratre ff de lega 2, ubi in fideicomisso familie relicto i c declarat successionem per fideicomissum defferri; nam ibi adiecta fuere verba, ut bona in familia conserventur, quo casu ordine successivo per fideicomissum succedere debent

72 et in confirmationem predicte sententie quam verum esse puto, Pondero verba d § in fideicomisso, ibi, aut Post eos omnes extinctos etc. ubi i c tractat de fideicomisso familie relicto. et questionem Proponit, qui scz ad ipsiq fideicomissi petitionem admitantur, cui questioni respondet, qd admitantur nominati, aut post eos omnes extinctos, qui ex nomine Defuncti fuerint eo tempore quo testator moreretur, quasi

diceret q si nominati decesserint prius q testator decederet q admitantur qui ex familia defuncti fuerunt, et est ponderanda illa alternativa seu disiunctiva, aut post eos, que non requirit admissionem nominatorum. et eorum qui ex nomine testatoris fuerunt, tempore quo ipse decessit. l. si is qui ducenta § utrum ff de reb. dub., siquidem cum I. C. ibi de prima admissione tractet, inquit, q primo nominati sunt. qui admitti debent, aut si illi mortui sint tempore mortis testatoris, qui sunt de familia admitantur, vult igitur I. C. in 2° casu q q primo nominati non successerunt cum mortui fuerint ante obitum testatoris vel ante aditionem. et sic locus est substitutioni vulgari, et quod sequitur in tex. et qui ex his primo gradu procreati sunt, intelligi oportet q simul cum parentibus succedere debeant, quod sentit ibi gl. verb. primo, ubi q quando qui sunt in pari gradu equaliter admittuntur alias enim, decedentibus his qui tempore mortis testatoris erant de familia, procreati ex eis non admittentur. l. post aditam. C. de impub., vel dicas, q illa verba et qui ex his primo gradu, intelligantur etiam per substitutionem vulgarem, si illi qui sunt de familia tempore mortis testatoris moriantur ante aditionem, quod relinquo cogitandum

83 Quam opinionem si teneamus q in d. § in fideicommisso substitutio vulgaris intervenit, frustra in

eius inductione atque interpretatione pro decissione questionis in hoc § propositę laboramus, scilicet an proximitas respectu ultimi possessoris consideranda sit, cum uno adeunte, ceteri a successione excludantur et cum non detur successio, de proximitate tractare supervacaneum sit, nisi dicamus predicto themate retento, quod scilicet familia sit substituta vulgariter et non fideicommissarie in illo textu, adhuc probetur dicta conclusio, inquantum I. C. ibi observat, quod si nominati non succedant, admittantur illi qui de familia testatoris sunt, et qui ex his primo gradu procreati sunt, ubi consideratur propinquitas eorum qui sunt de familia tempore mortis testatoris, ut cum eis insimul per vulgarem substitutionem succedant qui ex eis procreati sunt, non vero illi qui proximiores testatori sunt, sed nihil ad rombum, nam in proposita specie, non sunt illi de familia ultimi possessoris respectu illorum qui ab eis procreati sunt, cum eodem tempore posidere debeant

84 ¶ Preterea fingamus casum quod illi qui sunt de familia tempore quo testator moritur non acquisierint fideicomissum, nec primo nominati, et successio deveniret per substitutionem vulgarem ad eos qui primo gradu procreati sunt, adhuc aduci non potest textus ille pro conclusione predicta neque adversus illam, cum illi a quo isti procreati sunt non fuerint successores in actu; nam si ipsi succederent

expiraret vulgaris substitutio

85 ¶ Quod confirmatur ex eo quod non procedit argumentum de vulgari substitutione ad maioratum, cum successio per vulgarem substitutionem nec sit perpetua nec habeat tractum successivum, imo aditione ipsius vocati primo loco extinguitur secus est in maioratus dispositione quae perpetua est et habet tractum successivum.

86 ¶ Unde iudicio meo, non recte adducitur d. § in fideicomisso, pro decisione dicte questionis, sch; an in successione regni vel alterius maioratus proximitas respectu ultimi possessoris attendatur, necne arguendo de fideicomisso familie relicto ad maioratum, nam ut diximus ibi non fuit facta substitutio fideicomissoria sed vulgaris, quod notandum est quia apud nullum ex scribentibus ita inveni declaratum; omnes igitur qui predictam questionem argumento illius tx decidere conantur, presuponunt quod ibi vocati, sive nominatim, sive sub nomine collectivo, gradatim per fideicomissum succedere debeant; et ita intelligendo tx illum optime argumentum ab eo sumitur, sed non est ille verus intellectus, sed proxime assignatus. prout pluribus fundamentis probat molina de hisp. primogen lib 1 c 5 nu 27 et sequen.

87 ¶ Secundo ut ad institutum principale regrediamur, quod proximitas ultimi possessoris sit considerand[a]

siderandam in regni successione Probat. tx. in l. 2. titu. 15. par. 2. ibi, Deve heredar el reino el mas Propinquo Pariente q̃ huviese et ibi; gregor. lop. verb. el mas Propinquo, id notat, idem Probat l. 9 titu. 1. ead. par. ibi, la Primera hes quando Por heredamiento hereda los reinos el hijo maior / o alguno De los otros q̃ son mas Propinquos Parientes De los reyes al tienpo De su finamiento, et. gregor. ibi notat pro Decissione nostre questionis, et haz legum meminit Peralta in. d. l. cum ita § in fideicomisso ff de lega. 2. pagi. 379. et eas aducit adversus opinionem quam ipse nititur defendere in aliis maioratibus, sed q: nimis urgent. pro nostra sententia respondet q linea regis illius qui primo loco successit in regno, electa est per illas leges et illa continuatur quousq finitur, et sic quoties aliquis superest ei attinens qui ultimo loco admissus fuit ille succedit, et subdit peralt q in successione regum hispannie in qua est tam longissima regum series, Prout in aliis maioratibus antiquissimis, quorum institutiones memoriam hominum excessissent, quest tio proposita non posset tractari, q: frustra Proximitas Primi institutoris quereretur per tot secula retro defuncti, et sic fatetur peralta q in regnis hispannie et antiquissimis maioratibus ultimi Possessoris proximitas consideretur atq attendatur quid

quid

quid in fideicomissis et aliis maiorazatibus non tam antiquis ipse teneat, quem in hoc ultimo inpugnat molina de hispa. primogen. lib. 3. c. 9. nu. 25. id observans quod etiam in maiorazatibus non tan antiquis, sicut sunt regna, proximitas ultimi possessoris attendenda sit

88 Sed frustra in his inmoramur, cum lege regia lusitanorum, questio iam decissa sit, cuius meminit acosta de patruo. et nepote pagi. 131. eius tenorem inserens, incipit, Don sebastian per la graça de deos rei de portugal etc. faço saber aos que esta minha lei virem. etc. ibi, ei por ben e me praz que daqui em diante nos morgados e bẽs vinculados de qualquer calidade que seiam soceda ho parente mais chegado ao ultimo possuidor quando ho primeiro instituidor ho non declarar, ou desposer en outra maneira; et est ponderandum quod illa lex verba indefinita continet, ibi, nos morgados e bẽs vinculados, que equipolent universali l. si plures ff de lega. 2. l. si pluribus ff de lega. 3. et sic conprehendit omnes maioratus illius regni l. iulianus ff de lega. 3; quod magis explicat illa lex, ibi de qualquer qualidad que seiam, et nulli dubium est, quod regnum sit maioratus, quare iam dubitari non potest circa predictam questionem cum lege illius regni iam sit decissa, quod si quis pluribus fundamentis et rationibus quod dictum est conprobare vellit legat ex novioribus molinã d. c. 9. per totum et rolan. a valle in cons.

100·nu·12: et sequen vol·1· Socin Junnio· consil 126·1·par ubi inveniet solutiones ad argumenta que pro contraria sententia adduci solent, quas transcribere hic non libuit, cum ibi videri possunt et in aliis qz pluribq locis

89 ¶ tandem predictam sententiam quam hic observamus, sequuti sunt bart socin in l si cognatus·nu·40· ff de reb·dub·et in l heredes mei·§ cum·ita nu·21 ff ad trebel·et in cons 51·nu 31·lib 4· et in consil 73·nu·14· eod·lib et in consil 252 col 10 vers· secundum·verodubium·lib 3· Socin Junnior in consil·126·lib 1·roland a valle in d·cons·100 nu·12·et sequen· gozading in consil 4 nu 31; Jul·clar·recept·senten·lib 3·§ testamentum·q 76 prope fin·mencha·de success·progressu lib 3·§ 26 nu·11; paris·in cons 23·nu 53 et 54 lib i· molina de hispa: primogen·lib 3·c 9 et lib 1·c 6 nu 47· grego lopis in d l·2 titu·15·par·2·verb, el mas propinquo fol 47·col 4·in prin·et in l 9 t° 1·ead: par·alba rus vaez in quest·Jur·emphit·q 50 nu 34· veroius in c·in presentia nu 413·de proba·, et aserit esse comu· socin·Junnior·d·cons 126, et ab ea non esse recedendum in iudicando et consulendo testatur Jul clar·ubi s· et qz ita intelligitur·et practicari solet affirmat·molina·in dco nu 47, Igitur in successione de qua sermo noster proximitas attendenda est respectu·serenissimi henrrici regis ultimi possessoris

ssoris, ita ut ei propinquior in dicto regno succedat.

§ 4.

90 Quae hucusque adducta sunt in §§ precedentibus, veluti preludia et conclusiones necessariae pro intellectu in hac prima parte dicendorum nobis enunciant quod regnum Portugaliae per successionem et non per electionem iure sanguinis, et non hereditario, illi qui ultimo possessori proximior sit deferatur.

91 Unde cum S. maiestas, rex noster Philippus, et princeps de Parma et d. Catherina eius soror ducis de Bergancia coniux, infantis d. Duarte filiae ex eodem partu natae, d. Henrrico ultimo possessori, regni Portugaliae, proximiores sint, nepotes scilicet ex fratribus, et regnum sit indivisibile ut inquit Cing. in l. si viva matre C. de bonis mater. et Bal. in auth. hoc amplius nu. 8 C. de fideicomiss. dicens quod corona dividi non potest, et sic unus tantum succedere debet in d. regno l. 2 § novissime ff. de origi. iuris, et non plures, prout inquit Plato lib. civili, unius dominatio bonis coniuncta legibus, sola omnium fortissima est, et Homer. Iliados 2 non bonum est multorum dominium sit dominus unus et Herodotus in Thalia, unius inquit, viri qui optimus sit imperio nihil melius est, merito dubitari potest an verus successor sit sua maiestas d. Philippus rex noster in d. regno exclusis madama Principe.

pe. De parma et d. catherina duce de bergancia que in
pori gradu ultimo possessori existunt;

92 ¶ Et antequam ad huius questionis examinationem deve
niamus animadvertere oportet, quod in casu presenti
non illa famosa atque nimis difficilis patrui et nepotis
controversia occurrit, quam bal. in l. cum antiquiori
bus. C. de iur. delibe. pro utraque parte disputavit, et eam
indecissam relinquens, solvat inquit apollo, et in cons.
271 col. 3. vers; Questio talis est lib. 2., ait, hanc rem po
tius consistere in ingenii qualitate, quam possit in alte
rutram partem vere determinari, ita quod certum quic
quam asserere, esset potius superstitiossum quam discre
tum, refert. tiraq. de primoge. q. 40. nu. 7. et seq, ubi adamu
ssim questionem illam examinat, que adhuc durat
in regnis quibus l. 40 tauri non viget, ut in portu
galie regno. teste peralta in rep rub. ff de hered.
institu. pag. 34 col 2; cum ibi ius commune ser
vetur, quod an verum sit., ex inferius dicendis pa
tebit;

93 ¶ In nostro quidem casu nepos ex sorore et neptes ex
fratre ultimi possessoris. sunt qui de successione
contendere possunt, nam in regno, qui proximior
est regi defuncto etiam si in millessimo gradu, succedit;
prout docet bal. in ca. col fin. de feud. march; dicens
idem esse in successionibus illustrium comitum et
baronum qui ab imperatoribus feudum habuerunt iam
sunt quingent anni refert et sequitur. roderi suar.
in l. quoniam in prioribus ii. limita. ad l. regiam: nu

19 · C · de inof · testam · philip · decig · in cons · 85 · nu 3 · gui
llex · De monserrat. De success · regum nu · 39 · covarruv · va
ria · resol · lib · 3 · c 5 nu 4 · in vers, quinto hinc examina
ri poterit, ubi idem censet in quibuscunq; successioni
bus iure Primogenii et maioratus delatis apud hispa̅
nos, anto gome in l 8 tauri et in l 40 nu 5 · et est co̅
mu sententia, Igitur · cum D · henricus, quo
die vita functus est · descendentem non reliquerit, ne
q; fratrem; filii fratrum qui in tertio gradu sunt,
§ tertio gradu · insti · De gradib · propinquiores inve
niuntur · et ideo unus ex eis succedere Debet

94 ¶ nempe si regnum Dividi posset ad omnes absq; du
bio successio Deveniret, qui in eodem gradu sunt
auth · cesante et auth post fratres · C · delegit hered
in prin · inst · De legitim agnat success ·, sed cum reg
num indivisibile sit et ad unum tantum Devenire
Debeat iure Primogenii, seu maioratus · ut iam dixi
mus, fateri necesse est, q; unus ex his Proximiori
bus qui in eodem gradu sunt constituti Preferri
alteri Debeat

95 ¶ et Prima facie videtur q; d · catherina infantis d · duar
te filia, ad regni Portugalię · successionem; admitta
tur, et per consequens d · philipus · hispaniar; rex
ab eo excludatur, cum inclusio unius alterius sit ex
clusio l cum pretor ff de Judic ·, et quid quod Pro in
clusione d · catherinę facit, aduci potest ad exclusi
onem invictissimi · philipi regis nostri

96 ¶ et in Primis Presuponendum est, q; foemina capax

est successionis regni ducatus et comitatus et alio 3f ma
ioratuum ut colligitur ex tx in c dilecti de arbit. et ibi
notat abb nu 11 post hostien et Joan and; idem abb in
c dilecta nu 1 de maiorit; et obedien bal in l 1 ff de sena
to philip deci in l foeminę nu 3 ff de reg iur, latissime
tiraq; de primog q 10 nu 19 et 20 purpura in rub ff
de offic assess nu 62 gozad in cons 7 nu 16 et sequen
molina de hispa primog 2 par lib 3 c 4 nu 5 et seq
acosta de patruo et nepo c de success regn portugal pag
110 vers, inde defendi potest, ubi citat bal, qui dicit
id sensisse in cons 271 lib 1° et in successione regni
lusitanię ita servatum fuisse tempore Joannis 1 caste
llę regis, qui ex persona uxoris suę, filie d ferdinan
di regis portugallię occupavit regnum, s3 post modum
ab eo expulsus fuit

97 ¶ et in regno castellę non sunt plures anni bis ita
contigit, in quo foelicissime successit d elisabet re
gina nostra catholica et post eam d Ioanna philipi
regis nostri avia, et in retro antea temporibus sepę
numero id accidisse, nedum in hispannia sed
etiam in aliis regnis et potentatibus, historię passim
insinuant atq3 decantant, omnis indà regis pela
gii filia in regno legionis successit, d urraca cas
tellę et legionis regina fuit, et berengaria postq3
frater eius henricus vita functus est, regnum obti
nuit, et apud britannos nostris temporibus bis acci
disse memoria tenemus, qui si alia exempla lector
videre cupit, ultra chronicas, legat ex nostris bur
gos

De pace in Prohem. leg. tauri nu. 45. et pluribus. Sequen et guill. bened. in rep. c. raynutius, verb. duas habens filias nu. 6. et seq. Joan. lup. de iust. obtent. regni navarre 5. par. § 5. et 6. par. § 10. tiraq. de iur. Primogeni q. 10.

98 Nempe, quod ad regni successionem foemina sicut et masculus admitatur iuri consentaneum est, cum equaliter masculos et foeminas lex ad successionem vocet, accusatores nature vocans eos, qui sexus differentiam constituunt. l. maximum vicium. C. de lib. pret. l. lege. 12. tabularum. l. meminimus. C. de legitim. hered. et d. augusti. lib. 3. de civit. dei, legem voconiam foeminas ab hereditate repellentem inpugnat, Qua lege inquit, quid iniquius dici aut cogitari possit ignoro; et signorol. in cons. 101. irrationabilissimum esse aserit foeminas excludere, et bal. in l. inter filios. C. famil. hercis. aserit, esse contra ius et naturalem equitatem; idem bal. in l. certum est nu. 2. C. unde cognati. socin. iunn. in cons. 1 nu. 46. et cons. 23. nu. 11. lib. 1. zasig. in cons. 1. lib. 2. simanc. cathol. institu. c. 9. nu. 129.

99 Unde iure sublatum est discrimem agnationis et cognationis quoad successionem ab intestato. auth. de hered. ab intest. venien. § reliquum colat. 9. auth. in successione. C. de suis et legit. hered. in prin. inst. de success. cogna. § 1. de quo late. alber. brun. de statu. exclud. foemin. propter mascul. art. 2. q. 1. anto. gomez vari. resolu. tomo 1. c. 1. nº 3. rolas. in epitom. success. c. 32. nº 9. molina de hispa. pgen. lib. 3. c. 4. nu. 3. ll.

100 Sed est notandum quod cum duo in maiorazatu succedere

non possunt, sed uni tantum successio deferatur, si masculus et foemina eiusdem gradus ac lineę concurrant, masculus in successione preferendus sit, ex doctrina petri de bella pertica in l. pater filium § quindecim et ibi iacob de aren ff de lega 3. bal in l. 1 ff de senato et in l in multis ff de statu hom: philip decius in l foeminę nu 112 ff de reg. iur., idemque censet pal. rub in rep. rub de dona inter vir § 69 nu 26., burgos in prohem leg. tauri nu 62

101 Neque masculus remotioris gradus et alterius lineę foeminam excludere debet, nam masculo uno privilegiato ad exclussionem foeminarum, remotiores masculi privilegiati non censentur, cum par ratio non detur ad relationem, imo minor sit ratio in remotiori gradu ad includendum masculum, quam in propinquiori ut inquit bal. in l quod vero .1 lect. nu 3. ff de legib. refert et sequitur alex. in cons. 97, visso themate supra scripto nu 11 vol 2. et in cons. 12. statuto civitatis lib. 3. Ias. in l. si mater nu 4. versi. reddeundo ff de success. edict. facit quod observat bar. in l. lucius § quesitum ff de lega 3, quod statutum loquens de fratribus, intelligitur, de primis,

102 Igitur si foemina est in priori linea et gradu, quamvis concurrat masculus in ulteriori gradu constitutus, foemina preferenda est, cum sit regula in maioratuum successione, quod primo est consideranda linea, ut qui illius lineę sunt intra quam successio

versatur, preferantur, Deinde gradus, ut qui possessori ultimo proximiores sunt, remotioribus anteponantur, tertio sexus, ut inter eos qui eiusdem lineę et gradus sunt, masculus preferatur, ultimo consideratur etas, ut data paritate in linea · gradu · et sexu · maior etate minori preferatur ·

103 ¶ tertio premitendum est, quod licet omnes descendentes institutoris maioratus dicantur esse ex linea sua, inter eosdem tamen descendentes plures lineę constituuntur, ita ut filius primogenitus cum suis descendentibus faciat unam lineam, et secundo genitus cum suis alteram et sic de aliis, et ita conputantur lineę in feudis et maioratibus; de quo est tex · notabilis in c · i · vers · fin · de natur · success · feudi; et donec linea in qua successio intravit finita sit, non fit transitus ad aliam lineam, quod observat preposit · in c · 1 nu 8 et 10 · de fin · de feud · march · , math de afflict in c 1 · nu 77 · de success feudi · paul · de cast · in cons · 164 · nu · 4 · et · 5 · lib 2 · nelus in tract bannitor · 1 · par · q · 9 · prim · tenp · circa finem philip · decius in cons · 397 · nu · 3 ·

104 ¶ coniuncti nobis ex latere non sunt ex nostra linea l 1 · ff · de gradib · in prin · inst eod · titu; licet sint ex linea avi et proavi · l · etiam · c · de bon · mater · notat nelus loco citato, ex quo colligitur quod d · philipus rex noster et · d · catherina · dux de verganca · eius que soror · madama · princeps de parma · ex linea d · henrrici · regis portugalię non sunt, licet · ipsi · et · d · henrricus · ex

linea · emanuelis · eiusdem regni regis, sint cum fue rit pater henrrici · et Dphilipi · et catharine · et mada me avus

105 ¶ Quibus Premissis Pro d. catharina vl eius sorore, ne cio, que illarum primo nata fuerit, facit, nam cum rex henrricus · ultimus Possessor sine Descentibus Dece sserit, eius linea in eo incepit et finita est, et sic ad ali am lineam transitus fieri debet, scz., trans per salem et cum Due reperiantur, una · d. ednardi, principis De Parma · et d. catharine, Parentis; et fratris · serenissimi D. henrrici regis; et altera · inperatricis · d. elisabet · eius dem · henrrici · sororis, et regis nostri philipi, [redacted] matris, videbatur q successio predicti regni in lineam D. ednardi · per obitum · d. henrrici eius fratris incidisset non vero in lineam sororis · scz · inperatricis, nam foemi na eiusdem linee et gradus · respectu masculi · ad instar secundi gradus redigitur socin in l gallus § quidam recte nu 4 ff delib et posth · Paul de cast in consil · 164 nu · 13 lib. 2 · molina de hispan primog · lib 3 · c 4 nu · 12 · et lib 1 c 3 · nu 7 ·

106 ¶ Quod procedit etiam in maiorazgo · simpliciter instituto, in quo filius maior seu primogenitus vocatur, et q post modum ad filios et filias maiores Deveniat, si contingat, q filia sit maior, adhuc filius mascu lus in pari gradu vl linea constitutus Preferendus est anto · gomez in l · 40 · tauri nu · 62 · grego · lopez in l 3 · titu 13 par · 6 · verb · mugeres, col 2 · vers; in contrarium facit et probatur in l 2 titu · 15 par 2 ·

107 ¶ Igitur cum tempore mortis · regis henrrici · linea infantis

eduardi fratus eius inveniatur, videbatur quod in ea in traret successio, cum sit linea masculi, neque sit loco lineae d. imperatricis donec durat linea d. eduardi; ut iam diximus, quod transitus ad aliam lineam fieri non debz quousque illa in qua successio intravit sit finita, nec opus est representatione cum ex propria persona succedere possit, ex eo quod inveniatur in linea successibili et in ea nullus precedat filiam maiorem D. eduardi:

107 ¶ Siquidem ultimus substitutus, seductis prioribus, perinde venit ac si ipse solus fuisset substitutus l. coheredi in prin. ff de vulg. et pupill., sicut in successione ab intestato. si sunt plures gradus subordinati, cuilibet gradui de perse defertur successio per legem, et sequens venit ex propria persona, ut de nepote qui cum aliis nepotibus avo succedit notat bar. in l. qui superstitis nu. 2 ff de acqui. heredi. et bal. in l. fina. nu. 6. C. de pactis, ubi tractitur questio; an filia renuntiante hereditatem paternam cum iuramento, ipsius filius ad avi hereditatem admitatur; in quo distinguit, aut filia vivo patre decessit, et tunc nepos succedit, neque per renuntiationem matris ab hereditate repellitur, et asignat rationem, quia ex propria persona venit, non vero per representationem matris, aut post mortem patris filia obiit, et hoc casu nepos excluditur ab avi hereditate, quam eius mater renunciavit, et hanc resolutionem sequuntur Paul. de cast. in d. l. qui superstitis ff de acqui. hered.; alex. in l. pactum C. de collat. georg. nath. in c. quamvis pactum nu. 56 de pact. lib. 6. tiraq. de iur. primogen. q. 40. nu.

.117, et dicit com̄u. thom. gramat. Deciss. 57. nu. 39. Suarez in l. qm̄. in prioribus. extenss. 10. nu. 54. C. De inofic. testam. guillerm. bened. in c. rainutius, verb. habens duas filias. nu. 280. De testam., ripa lib. 1. respons. c. 6. nu. 3. et 4, ubi limitat. id verum esse si renuntiatio gratuita sit,

109 Secus si Pater vel mater renuncians aliquid a parente recepit, ut renunciaret, et id ad nepotem pervenit tunc putat quod nepos ad successionem non admitatur. licet pater renuncians ante mortem avi decesserit, quod Placet gomecio in l. 22. tauri nu. 10. vers, quod tamen notabiliter, quinimo in vers. sed his non obstantibus, tenet quod indistincte nepos excludatur a successione avi. per renunciationem parentis et quod ita teneret in iudicando et consulendo, verius tamen est predicta distinctio communis/

110 Et adversus Predictam limitationem, imo quod si ob dotem receptam, filia Parentis hereditatem renunciaverit, in cuius vita decessit, adhuc eius filius ad successionem avi admitatur tenent. cuma. et paul in d. l. qui superstitis ff. de acqui. hered. et hanc dicit com̄u. gozadin. in cons. 75. nu. 21. et seq; et est ratio qm̄ nepos non venit ex persona parentis, sed ex propria, meminit tellus in d. l. 22. tauri nu. 61. et rolan. a valle in cons. 11. nu. 7. afirmans. hanc esse com̄u opi; et in praxi sequendam, Dum tamen nepos dotem a matre receptam conferat, refert et sequitur gutierrez.

rius. in c. quamvis pactum in gl. fin. nu. 3 de pact. in 6; an mon. cravet in cons. 34 nu. 5.

111 ¶ eodem enim modo. in regni alteriusque maioratus successione, in quo descendentes instituentis gradatim succedunt, ita ut finita linea primi successoris, ad alteram secundo geniti deveniendum sit, ordine primogeniture servato, ille qui in illa linea primo loco invenitur tempore, quo successio defertur. ex sua propria persona succedit, sicut principaliter vocatus quamvis pater eius, linee illius caput. non successerit cum prius vita functus esset; quam successio defferretur, nam omnes ad successionem maioratus invitati, principaliter vocati atque substituti censentur ut ex socino colligitur in l. si cognatis nu. 5 ff de reb. dub. et tenet abb. in consil. 35 lib. 1, paul. de cast. in cons. 164 lib. 2. alex. in cons. 4 nu. 14 lib. 4 et cons. 109 lib. 7. philip. decius in cons. 369 nu. 1. corneus in cons. 37 nu. 5 lib. 1; augusti. berous in cons. 34 nu. 73 lib. 2; bertran. in cons. 314 col. 4 lib. 4.

